





כשי
DISSERTATIO II.
DE

1715, 8
7
M
10

SACERDOTIO
CVM REGIMINE CIVILI
CONIVNCTO

SIVE DE
THEOLOGIS IMPERANTIBVS,
QVAM

7.
AVSPICIIS DIVINIS

RECTORE ACADEMIÆ SALANÆ MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN GVILIELMO HENRICO

DVCE SAX, IVL. CLIV. MONT. ANGAR. & GVESTPH.
RELIQVA,

EX SVPERIORVM CONSENSV
PRÆSIDE

M. BONAVENTVRA *Kiesch*

PLACIDO COMMILITONVM EXAMINI SVBICIT

GEORGIVS NATHANAEL KISTMACHER,

PTRITZLA-POMERANVS, SS. THEOL. AC PHILOL. STVD.

DIE MAII MDCCLXV.

IN ACROATERIO PHILOSOPHORVM.

IENÆ,
TYPIS WERTHERIANIS.

DISERTATIO DE
SACERDOTIO
CUM REGIMINE CIVILI
CONIUNCTO
THEOLOGIS INTERPRETANTUR
IN REGIA ACADEMIA SALVANA MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI
DR WILLHELMO HENRICO
BYSSERII M. COM. MONT. LITH. & GASTRI
EX SPANIA IN BOHEMIA
M. BONAVENTURA
GEORGII NATHANIELI
IM ACADEMIA PHILOSOPHICA
SALVANA





Præfatio.



Dimus B. C. D. in lucem publicam, alteram nostræ, de *Theologis imperantibus*, Commentationis partem, quid sentiendum de tali Principatu sit paucis exposituri. Equidem argumenti, nunquam sane exhauriendi, vastitas & alia quam plurima, parum abtuit, quin nos deterruissent, quo minus cœptam pertexeremus telam. Satius tamen nobis visum est, promissis utcunque stare, quam committere, ut illis neglectis, levitatis atque inconstantia arguere quis jure nos posset. Cæterum ita comparatam esse hanc scriptiunculam, ut non cuivis ad palatum futura sit, facile videmus,

sed spes nobis est, cum in rebus magnis vel voluisse sufficiat, lectores sortis communis memores minus commode dicta meliorem in partem interpretaturos. Ante vero quam ipsam rem aggrediamur, oculis ipsorum subijcimus huius

PARTIS SECUNDÆ.
PRACTICÆ.

Synopsin.

§. I. Ad statum questionis formandum exponitur Theologorum nomen &c. §. 2. imperandi vox §. 3. cognata argumenta recensentur. §. 4. Licitum à Consulto distinguitur §. 5. licitum est, quod nulla lege prohibetur §. 6. Theologorum principatus vetatur non iure divino naturali §. 7. sed positivo §. 8. Imo & humano Canonico §. 9. Episcoporum Regimen inter Germanos suo modo tolerabile videtur §. 10. Minime vero Pontificis §. 11. Tractatio de eo quod hac in parte consultum est inchoatur. §. 12. Cum I. diversissimum sit Sacerdotium ab Imperioratione finis. §. 13. objecti (ubi & §. 14. quadam de principum cura in Rebus SS. differuntur) §. 15. modi in agendo, & §. 16. concluditur, quod non possint sine auctoritate uni homini tribui. §. 17. II. Tale Imperium raro est fortunatum. §. 18. III. Orthodoxiam in periculum adducit. Ideoque §. 19. rē-



19. rejicitur §. 20. *Confutantur argumenta adversariorum, petita I. ab exemplis §. 21. II. à cognatione Religionis cum salute Reipubl. §. 22. III. à fructibus in Dei honorem ex tali imperio oriundis. §. 23. IV. à Pastorum nomine Sacerdotibus tributo &c. §. 24. Finis toticommendationi imponitur.*

§. I

Dum nostram de *Theologis imperantibus* Diatriben ordimur, succurrit nobis egregium Ciceronis (a.) effatum dicentis: *Id in principio fieri in omnibus Disputationibus oportere censeo, ut, quid illud sit, de quo disputetur, explanetur, ne vagari & errare cogatur oratio.* Quam ob causam ante omnia rationem nostræ quæstionis exponemus; quo facto tota res paucis expediri poterit. *Theologorum* autem nomine h. l. non eos significamus, qui vulgari rerum divinarum cognitione sunt tincti, adeoque Laicis, ut vocant, accensentur; nec eos, qui solidiorem quidem sibi Religionis pararunt notitiam, neque tamen Ecclesiastico alicui sunt præfæcti officio: sed ii jam *Theologi* mihi appellantur, qui *Sacerdotum publice funguntur munere.*

§. II.

Ipsa etiam imperandi vox heic nobis nihil aliud significat, quam publicam in administrandis rebus civilibus auctoritatem.

A 3

S. 3.

(a) Lib. I. de oratore num. 54.



§. III.

De illis itaque nobis sermo non est magistratibus, qui semel iterumque publice pro concione verba faciunt, officiis tamen Sacerdotum ordini propriis se non immiscent; Nec eos jam tangimus Proceres, qui latius quam par est, suam, circa res ad religionem pertinentes, potestatem extendere audent; Nec speciatim de iis agere Principibus nobis constitutum nunc est, quos in Cardinalium numerum Pontif. Rom. cooptat; nec pertinent hunc ii Sacerdotes, qui vel plebis mobilibus animis abusi nimium sibi in rebus civilibus tribuunt, (b) vel, multum quidem auctoritate in Republica valent, civiles tamen curas ad se non rapiunt, (c.)

S. 4.

(b) Illustre inter Anglos horum hominum exemptum deprehendimus in *D. Sacbeverellio*, paci publicæ turbandæ unice intento. *Celeb. Thomafius* in cautelis circa præcognita Jurispr. cap. IX. n. 57, eam jam esse quam plurimorum Clericorum præcipue in civitatibus imperialibus hac in parte audaciam autumat, ut vix refrenari illa possit, etiamsi magistratus, Consilium *clapmari* atque *Hertii* sequentes, Ecclesiastas prohiberent, quo minus de rebus ad morum corruptionem, animarumque salutem non pertinentibus quicquam loquerentur.

(c) Huc merito refero *B. Urbanum Regium*, *Langenargæ*, ad *Lacum Acronium*, natum. Quippe testibus *Max. Rev. auctoribus der ungeschuldigen Nachrichten* anno 1705. p. 641. hodiernum extant Edicta publica, in quibus hæc est inscriptio: *Wir von Gottes Gnaden Ernst Herzog zu Braunschweig-Lüneburg/ und Urbanus Regius der Heiligen Schrift Doctor.*



§. IV.

Denique probe distinguendum videtur in hoc pa-
riter ac reliquis Philosophiæ Practicæ argumentis *lici-
tum à consulto*, ne intolerabilis rerum diversissimarum na-
scatur confusio. Quod probe animadvertit *Paulus I.*
Cor. IV. 12. & c. X. 23. dicens πάντα μοι ἔξῃσιν, ἀλλ' ἔ πάν-
τα συμφέει.

§. V.

Primum ergo quando de *licito* loquimur, idem est
ac si quæramus de eo, quod nulla lege prohibetur; dis-
piciendum itaque erit, quibusnam legibus divinisne, an
humanis Theologorum Principatus adverteatur.

§. VI.

Quod ad *jus divinum naturale* attinet, non vi-
deo, quod eo directe prohibeatur, quo minus Sacer-
dotium atque Principatus civilis eidemque Perso-
næ conferantur. Certe deterioris conditionis non
sunt Theologi, quam Medici aliique literati, quibus a-
ditus ad honores Politicos patet. Unde & mirum non
est, Gentiles, ut in dissertatione I. ostendimus, sæpe nu-
mero rebus suis publicis Sacerdotes præfecisse, omnem-
que subinde Sacrorum curam commississe magistrati-
bus; quippe ad leges naturæ ipsi potissimum attende-
runt.

§. VII.

Verum enim vero in *jure divino positivo*, quod vo-
cant

cant, sunt, quæ hujusmodi obstant imperio (d.) Quippe plurimis Pentateuchi dictis (conf 2. Paral. XIX. v. II.) Deus Levitas à terrarum ditionumque possessione abstinere jussit. Et si vel maxime ambitiosus Theologaster Reipublicæ, vel Princeps religioni temere immiscere se cupiens, dixerit: divinum hoc statutum esse ex iis, quæ unice in Rempubl. Jud. non item in alias quadrant; sciant, quod supremi legislatoris longe prudentissima placita, quantum fieri potest, unius cujusque civitatis statui accommodari debeant. Certe potiores

Juris-

(d) Vnde miramur, cordatissimum Lipsiens. Theologum *Joh. Hülfemannum* in Vind. p. 122. dicentem: nec jure naturæ, nec divino ita distincta esse, hæc officia, quin utrumque commode ab eodem sustineri homine possit. Rectius, si quid judico, B. *Gerhardus* LL. Theol. Tom. 17. de Ministr. Eccles. §. 196. seqq. it. §. 295. seqq. & Confess. Cath. L. 2. art. 3. c. 9. (cujus vestigia legit *Baldwinus* Cas. Consc. L. IV. cas. 1.) compluribus SS. literarum commatibus Clericorum Principatum everti posse putat, ac totum hocce argumentum ex historiis ac Jurisprudentia egregie illustrat. Unde & Cel. *Jagerus* Theologus de reliteraria ac Ecclesia orthodoxa meritissimus in Tr. de Conc. Sac. & Imp. c. VII. p. 117. postquam *Tileni* Reformati sententiam, de approbanda Sacerdotii cum Regim. Civ. conjunctione recitasset eique se æquiores ostendisset, tandem tamen, si quis, ait, malit sententiam *Gerhardi* tanquam tutiorem in conscientia sequi, illi licet non movebimus. Quis potius suademus, ut illud *Pauli* Rom. XIV. 23. observet. Quid? quod etiam ex ICTIS D. *Joh. Sluærus* de Min. Eccl. c. 2. §. 9. suum cum B. *Gerhardo* consensum proficitur.

Judaici partem haud multo pejus Christianæ alicui Reipubl. convenire, quam Romanum, quisquillis innumeris refertum, nemo negabit, nisi qui vel illius prorsus ignarus fuerit, vel præjudicatis opinionibus ita velificari consueverit, ut nihil rectum putet, nisi quod istis sit congruum. Jam quid regerere tandem Christianus poterit ad illud, quod Servator noster optimus discipulus suos muneribus sacris destinatos toties, quoties civilem aliquem Principatum appetent, acerbè castigavit, eosque suum sequi exemplum, ac servire magis principibus, quam vel illis imperare, vel regnum terrenum sibi acquirere, jussit (e) Et illi quidem ipsi haud ita multo post, cognito, quam absurdi sint atque

(e) Pertinet huc dictum Christi imprimis Matth. XX. 25. (coll. Marc. X. 42. Luc. XXII. 25.) ubi, ne imperiis manum injiciant Apostoli, ipse prohibet. Id quod Pontifici fortissime opponit Job. Calvinus Inst. Div. Lib. IV. c. II. §. 8. inquit: *significat Dominus non modo pastoris officium distinctum esse ab officio Principis, sed res esse magis separatas, quam ut in unum hominem coire queant.* Quæ Calvino recessit Bellarminus Lib. X. de Rom. Pont. c. x. col. 1105. seqq. opp. Tom. I. refutata sunt solidissime à Marco Ant. de Dominis L. V. de Rep. Eccles. c. 2. §. 5. seqq. ubi Calvino consentientes producit ipsos SS. Patres Gregorium Nazianz. Hieronymum, Job. Chrysostomum. Sic & ad aliud ipsum Christi interdictum fuse commentatus Petrus de Marca Lib. 2. c. XVI. §. 6. de Conc. Sac. & Imp. præter alia sententiam Bernhardi Confid. Lib. 2. jam à Calvino l. c. §. 11. allatam, & à Bellarmino l. c. col. 1107. ridicule elusam refert, dicentis: *planum est, Apostolis interdicitur dominatus. Ergo Tu, & Tibi usurpare au-*

que ab omni saniori ratione alieni tales conatus, tantum abfuit, ut rerum ad sacrum officium non proprie pertinentium curam ad se rapere cuperent, ut relatum legamus (Act. 17. 2.), eos vel à pecunia distribuenda manum abstinuisse. (f) Scilicet illos pariter ac omnes verbi sui ministros Christus eodem modo misit, quo ipse à patre missus est ad homines consolandos, docendos &c. non ad fasces sceptraque gestanda. Hæc ex *jure divino positivo* adduxisse nobis sufficiat, qui in Theologorum latius exspatiari campos in præsentiarum nolumus. (g).

§. VIII.

Juris vero humani ea præcipue pars haud dubie huc spectat, quæ de rebus Ecclesiasticis decernit, & vulgo *Canonicum jus* vocatur, ex quo multa edicta collegerunt eruditi, quibus Clerici, quo minus negotia non fa-

de, aut dominus Apostolatam, aut Apostolus Dominatum. Forma Apostolica hæc est, interdicitur dominatio, indicitur ministratio.

(f) Nolo huc trahere illam sive historiam sive fabulam, quod scil. Judas Thaddæus, ab Abgaro Edessæ Principe, cujus morbum mirifice sanaverat, oblatum sibi imperii consortium respuerit.

(g) Plura peti poterunt ex Summe Reverendi D. D. JOH. PHIL. TREUNERI Patroni nostri nunquam non devote colendi dissertatione elegantissima cui titulus: *Clericus ad limina principis & princeps ad limina Clerici* edita Jenæ. conf. Flacius de Primatu Papæ p. m. 165, seqq. edit. Bas. 1554.

sacra s. secularia tractanda sibi sumant, prohibentur. (b)
 Quæ quidem, ne & nos falcem in alienam mittere messem videamur, inde repetere nolumus. Nec est, quod ii, qui Sacerdotium simul & Imperium ad se rapere audent, objiciant nobis, jus Canonicum parum inter Protestantes saniora edoctos auctoritate valere; quid enim rejiciemus ejus effata, ubi legibus divinis congruunt?
 (i) Certe *κατ' ἀνθρώπων* cum Pontificiis (cum quibus hac in parte res nobis est) disputantes, Juris Canonici

B 2 ci

(b) Vide *Job. Jacob Draco* de origine & Jur. Patriciorum L. 2. c. 6. §. 15. p. 181. Mitto nunc, quod ex Jure Canon. *Nevius* in *Prester Recht* cap. VII. §. 20. p. 614. ostendit, quod Clericis ne quidem per officia quæstum sibi parare liceat. Quo posito, à minori ad majus (quod ajunt) argumentari poteris.

(i) Vide de Juris Canonici Origine auctoritate virtutibus atque vitiis *Gisb. Voëtius* Polit. Eccles. P. 1. L. I. Tr. 2. c. XII. seqq. p. 295. seqq. *Hcinv. Linck* in discursu ejus tractatibus duobus de Jure Episcop. & de Juribus templorum præmisso, *Celeb. GUIL. HIERON. BRUCKNERUS* in disput. pec. Jenæ 1702, edita, *Job. Strauch, Gebh. Theod. Meier* in Tract. singularibus it. *Zieglerus* ex quo *Nevius* l. c. c. IV. Ill. *Thomasius* in Caut. circa Præcogn. Jurispr. Eccles. c. 18. seqq. qui & *Gerhardi Mastrichti* de de hoc argumento Librum cum præfatione recudendum curavit. *D. Rhetius* in Diss. de Authorit. Jur. Canon. inter Aug. Conf. Conf. D. D. *Bæbmer* in Jure Eccles. it. in Diss. de Praxi Juris Canon. in terris Protest. Cæterum non negamus in confuso illo, & non solum SS. Literis ac ac legibus civilibus æque atque naturalibus, sed & sibi ipsi identidem repugnante Jure esse etiam, quæ Clericorum re-

ci ac decretorum ab ipsis Pontificibus editorum (k) auctoritate commode uti posse videmur.

S. IX

Hinc facile patet, quid speciatim de illo principatu, quem sibi non Pontifices tantum, sed multos quoque Episcopos & Abbates inter Germanos vindicasse constat inter omnes, sentiendam sit. Certe si de jure quæras, minus approbandos esse Pontificum præcipue conatus, ex minus legitimo acquirendarum ditionum modo, quem ipsis cordatiores tribuunt historici, facile cui-

gimini civili favere videntur, (vid. Voëtius cap. XIV. p. 328. & c. XV. p. 334.) adeoque hoc etiam nomine haud adeo à vero abluere illam ejus descriptionem, quam *Wenceslaus Linke* in seinem Sermon ob die Geislichen auch schuldig seyn Zinse zu geben (qui duobus fere ab hinc seculis Altenburgi prodit) testibus Max. Revv. Auditoribus der unschulbigen Nachrichten A. 1713. ord. 6. p. 691. proponit; Daß das Päpstliche Recht ein Thier-Garten sey, darinnen die Mast-Schweine verwahret würden, daß ihnen andere keinen Schaden thäten, und sie nicht davon lieffen.

(k) Pertinet huc *Gregorii II. ad Leonem Isaurum* Epistola, ubi ait δια τῆτο οἱ ἀρχιερεῖς προετάχθησαν ἐπὶ τὰς ἐκκλησίας, ἀπέχοντες τῶν δημοσίων πραγμάτων, καὶ οἱ βασιλεῖς ὁμοίως ἀπέχεσθαι τῶν ἐκκλησιαστικῶν, καὶ ἐχεσθαι τῶν ἐγχερισμένων αὐτοῖς ἰ. e. proprierea Pontifices Ecclesiis præfæcti sunt, abstinentes negotiis publicis, ut & reges pari modo Ecclesiasticis n'glectis capeffant, que ipsi sunt demandata (Vid Illustrissimus *Marca de Conc. Sac. & Imp. L. 2. c. 1. §. 7.*) Ead. m mens fuit, (si quidem mens



cuius est intellectu (1) Adeoque non possumus non mirari, Pontificem, ne contentum quidem ista rerum civilium in suis terris potestate, in aliis etiam regnis, rebus non sacris tantum, sed & secularibus, quas vocant, ita se immiscere, ut Proceres pro lubitu constituendi, imperio ejiciendi, subditosque permovendi ad seditiones atque perjuriam, licentiam sibi competere audacter pronunciet, idque ob regimen Ecclesie universale, cum tamen ex hoc, si vel maxime ipsi concederetur, minime gentium fluat illud, juxta πολυθρύλλητον: *nihil dat, quod*

B 3 ge

Papam verbis semper eorum respondet,) Paschali I. ob lites de investitura Episcoporum satis alias noto, qui epist. XXII. ad Imp. Henricum V. ita quaeritur: *Ministri altaris ministri curiae facti sunt, quia civitates, ducatus, marchionatus, monetas, turres (alii legunt curtes) & cetera ad regni servitium pertinentia à Regibus acceperunt. Tibi itaque fili carissime, & regalia illa dimittenda precipimus, quae ad regnum manifeste pertinebant tempore Caroli, Ludovici, Ottonis & ceterorum praedecessorum, Tuorum. Interdicimus etiam, ne qui Episcoporum, vel Abbatum eadem regalia deinceps invadant, id est civitates, Ducatus, marchias, comitatus, monetas, telonium, mercatum, advocatias, jura centurionum & turres (al. Curtes), quae regni erant cum pertinentiis suis; militiam & castra (al. militaria castra), & ne deinceps nisi per gratiam Regis de ipsis regalibus intro mittantur. Sed nec posteris nostris liceat, qui post nos in Apostolica sede sessuri sunt aut te aut regnum super hoc inquietare negotio. vid. Marca L. II. c. 20. §. 3. p. 1197. seqq.*

(1) Bellarminus quidem acerrimus neque is indoctus Romanae curiae defensor L. V. de Rom. Pont. c. IX. col. 1103. seqq. opp. Tom. I. ait: ex eo etiam liquere, justam esse.

ipsum non habet vel formaliter vel eminenter (m) Longe melius Episcopi atque Archi-Episcopi Germ. principum

Pontificis in Reb. Civil. potestatem, quod omnium Sanctissimi Pontificis *Leo, IV. & IX. Gregorius VII. Cælestinus &c.* acceperint istas ditiones, atque regna, nec nisi Sacri-legi, atque omnium maxime improbi Principes *Aistulphus Rex Longodardorum, Heinricus IV, & V. Otto IV. Eridericus I. & II.* illam possessionem turbare sint ausi; immo ipsum jus præscriptionis tot seculorum, etiam si nulla extarent donationum diplomata sufficiat. Verum quamvis de præscriptionis jure jam non disputemus, nec urgere velimus illud Jctorum: quod bona fides in præscriptione etiam immemoriali requiratur, (conf. de quæst. an jus imperii præscribatur *Jo. Schilterus Lib. 3. de Eccles. Germ. Lib. c. 12. S. 14. p. 479.*) nec de pietate istorum Pontificum Cæsarumve, donationumque harum scopo subdolo disquirendi animus nobis sit, id tamen asserere haud dubitamus, multa invitis imperatoribus ad se rapuisse Pontifices, plurimasque donationes ex cerebro suo confinxisse, id quod de Constantiniana tam certum est, quam quod certissimum. Et vero, si qua Diplomata sunt genuina, putandum tamen non est, imperatores juri suo in provincias omni renunciasse, quod docent verba *Otonis M. in Literis, quibus multa eum donasse Romano Pontif. refert Baronius in annalibus ad A. 962. Salva per omnia nostra dominatione, & illorum ad nostram partem & filii nostri subjectione.* Scilicet ut ait B. noster *Casp. Sagittarius in Nucleo Hist. Getm. p. 40. Quæ donantur Ecclesie, ita censentur donata, ut jus regum servetur donanti, maxime si superior sit in Republica.*

(m.) Vide *Ge. Sigism. Seldius* Jctus longe Celeberrimus in Responso von der Gewalt des Kayfers und des Pabsts

pum simul muniis in terris suis fungentes, aliena regna non curant. Unde & pii majores nostri, quæ duriuscule de illis

quod exhibet *Melch. Goldastus P. V. der Politischen Reichs-Händeln.* p. 185. seqq. item *M. A. de Dominis Lib. VI. c. XI.* roto, ubi de industria, *Ecclesiam sive Papam nullam jus, nullam potestatem habere in regna temporalia & Reges,* tum exemplis priscorum Imperatorum neminem superiorem agnoscentium, tum argumentis præcipue ex *S. codice & SS. patrum testimonio* petitis egregie demonstrat, ac rationes à *Bellarmino,* qui subdole (ut judicat *o. w. v. BUDDEUS* in *Diss. de conc. relig. & status c. IV. §. 16.*) distinguit inter potestatem directam & indirectam, *Lib. V. de Rom. Pont. contra nostram sententiam allatas solidissime refellit.* Conf. idem *M. A. de Dominis* in append. *Lib. VI.* (cui titulus: *ostensio errorum quos contra fidem Catholicam Ecclesia Anglicana conatus est defendere Pater Franc. Suarez. S. I. in libro suo quem defensionem fidei Catholicae inscripsit*) *Cap. III.* toto p. 292. 313. Fortissime etiam singula *Bellarmini* argumenta oppugnavit *Gerhardus* in *LL. Theolog. de Min. Eccles. §. 308. it. Natalis Alexander,* acerbissime deinde exceptus à *Franc. d' Engbien & Joh. Ant. d' Aubermont.* Obiter observamus, quod libri isti *Cardinalis Bellarmini* a Parlamento Parisino d. 26. Novembr. 1610. publico edicto impietatis in magistratum divinitus institutum damnati sint, ita ut, si quis illos vel venderet vel legeret, crimen læsæ majestatis commississe censendus esset, teste præter *Goldastum M. Lud. Lucio* Prof. Bal. in *Historiâ Jesuitica* sedecim annis post excusâ *P. 2. C. I. p. 273.* (ubi & alia *Thoma Bozii, Suarezii, Marianæ* ceterorumque Jesuitarum effata de potestate Pontificia affert) *it. Dan. Chamier* Panstrat. Cath. Tom. 2. L. XV. c. 14. n. 11. qui etiam narrat, eorundem Procerum Gallicorum jussu *Suarezii* librum a. 1614. d. 27.

illis dixisse in Aug. conf. visi fuerant, (n) ita explicuerunt in ejusdem repetitione, ut testarentur disertis verbis: *se non reprehendere politicas illas ordinationes & donationes principum* (o). Quibus cum omnino nos etiam, ut par est, consentimus, idque eo magis quod non solum sacra officia ab aliis plerumque administranda curant Principes illi, quos vocant, Ecclesiastici, adeoque quantum in se est cavent, ne religio ob negotia politica negligatur, (p). Accedunt tot juramenta publi-

Jun. à Carnifice publ. esse erematum. Sic & præclaro conatu totus Clerus Gallicanus in conventu 1682. inter 4. propositiones, communi omnium, exceptis duobus Episcopis, consensu contra Pontificem directas, primam esse hanc voluit. *Quod Petro ejusque successoribus rerum temporalium & civilium nulla potestas competat.* Frustra his se opposuerunt *Celestinus Sfondrati* celebris ille primum Monast. St. Galli Abbas, deinceps Cardinalis, & *Ge. Szepachius* Strigoniensis in Hung. Archi-Episc. in Epistola Synodica quam exhibet D. D. *Job. Fechtius* Philocalias Disp. I. §. 23. p. 32. seqq. cæterum an Pontificis imperium in Reges eorum majestati aliquid detrahat disquirat *Ziegler* de Jure Majest. L. I. c. I. §. 22. seqq. qui & cap. 5. §. 20. eam quam sibi Pontifex in aliis regnis arrogat potestatem masculè oppugnat.

- (n.) Abusum art. VII. ubi verba ita habent: *Episcoporum nonnulli incommode commissuerunt potestatem gladii &c.* conf. B. *Carpzovii* Isagoge in Lib. Symbol. p. 738. *Job. Conr. Durrii* Comm. in A. C. p. m. 272.
- (o.) Conf. *Frideric. Hotteederus* de causis belli Germ. L. I. c. 36. Tom.
- (p) in quo casu tolerabilem esse Sacerdotii cum Regim, ci-



blica, ac confirmationes Casareæ (q), & quæ non negligenda hac in parte est, antiquitas (r). Maxime itaque peccarent horum subditi, si jugum vi excutere, atque ita pacem publicam turbare auderent. Et fuit sane absurda vox illius Bubulci, qui, cum Archi-Episcopi Colonienſis pompam principe dignam videret, in cachinnum effusus, ita Archi-Episcopum allocutus est: cum duplicem jam personam sustineas, quero ex te, quid

de

vil. conjunctionem non solum *Tilenus* Reformatus, (ad quem provocat S. R. D. JÆGERUSI. sc. c. VII. p. 116.) sed & *Melancton* in Epit. Philof. Mor. p. 121. tradunt. De *Melanctone* alias etiam notum est, quod pro lenitate sua æquatiorem se semper ostenderit dominatui Clericorum quam Heros noster *Lutherus*, cujus quoque extat Epistola ad *Melanctonem* (Tom. I. consiliorum *Melanct.* p. 118. edit in 8vo) ubi ita scribit: Cum sit certum istas administrationes esse distinctas & diversas, quas mire confundit & miscuit *Satanas* per Papatum: nobis hic acriter vigilandum est, nec committendum, ut denuo confundantur. Hoc enim esset furibus & Latronibus participare: quia divina hic est auctoritas, que præcipit eas diversas & impermixtas servari. Hic potius est moriendum, quam hanc impietatem & iniquitatem committere &c.

- (q) Vide D. Jøger cap. VII. p. 114.
- (r) Pertinet huic *Corn. Taciti* testimonium c. 11. de situ & moribus German. p. 590. Edit. Boxhorn. Comitibus Vetr. Germm. ita depingentis: ut turba placuit consistunt armati, silentium per Sacerdotes, quibus tum & coercendi jus est, imperatur. Quis quæso putabit non *Φὰ πῶς ὄντα* heic e- gisse Sacerdotes, coll. §. XII. Diss. nostræ Prioris. Sic & Clericos insignes sub Francis Imperatoribus in comi-

C



de Episcopo futurum fuit, quando principem ad infernum raptum: et Cacodamon (s).

§. X.

rus comparuisse, principibusque regni annumeratos esse dicimus ex stupenda Eruditionis opere celebratissimi Cui atque Historici D. DAN. HEIDERI gründlicher Ausführung der Stadt Lindau fol. 586. Civili huic potentia imperante Ottone M. accessit ipsa regionum possessio. Quibus observatis lucem fœnerari poteris *Lehmanno* Chron. Spir. L. 2. c. 34. iniquenti: Von Anfang der Fränkischen Könige Regierung, auch so lange dasselbe in seinen Kräften gestanden, und bis zu seinem Endschaft, als es auf die Sachsen erwachsen, hat kein Bischoff, Abbt, und Geistliches Standes Persohn, wie die Mahnen haben mag, im Teutschen Reich andere Oberkeitliche Gewalt, Vortmässigkeit, und Regiment (sc. quantum ad territoria attinet) nicht gehabt, als die dem Geistlichen Stand, vermög Göttlichen und Weltschen Recht nicht gesemet, und zuständig ist. Vid. ex ejusdem *Lehmanni* Libro V. cap. 107. Vir Per-Illustris Nic. Christophorus Lynckerus in Diss. Jenæ 1686. edita de Archivo Imperii §. 4. p. 17. seq. narrans, Clericos tum temporis, quia fere soli Literarum utcumque erant periti, magno suo commodo Cancellariis præfectos esse, ac Notariorum etiam, Secretariorum chartariorum &c. munera obiisse. Conf. de de tota harum historiarum serie *Gabr. Schvveder* Jur. publ. part. Spec. sect. 2. c. 6. p. 760. seqq. Speciatim Principum Electorum Ecclesiasticorum antiquitatem demonstrat atque illustrat D. D. *Wilh. Pachelbl.* à *Gebag* in Diss. Halæ abhinc decennium edita, de *originibus Electorum, iisque etiam Christi nativitate non jumoribus* §. 5. p. 15. seqq.

(c) memorante *Limæo* jure publ. Tom. I L. 3. c. 3. num. 8. Idem num. 9, ex *Gar. Sigonii* Lib. II, de *Regno Ital.* narrat:

Verum longe aliter se res habet de Pontifice, im-
 pari omnino rebus sacris rite curandis, quas tamen o-
 mnes ad se tanquam Rectorem Ecclesie extra pericu-
 lum errandi positum vult referri; sed immeritus nego-
 tiis politicis illas discuti jubet à Cardin alibus; quorum
 deinde effatis hand secus standum est, ac si imaginaria
 illa infallibilitas (monströsa voce, dum de re monströsa
 agimus, utimur) ab illo ad hos derivetur (t). Ceterum
 non audemus negare, quod duriuscule de Pontificis
 principatu locutus sit Episcopus Anglus Eliensis (u)
*quod si pontifici animus est ad regna mundi, est in Evan-
 gelio (scil. Matth. IV. 8.), memini, mentio de quodam
 (sc. Cacodæmone) qui regna mundi penes se esse, eaque
 disponendi jus se habere dixit. Eum adeat censeo; cum
 illo transgat.*

Hactenus an licitum sit Theologorum impe-
 rium paucis disquisivimus. Nunc, an conducatur rei-
 C 2 pu-

Anno 1139. *Arnoldum* quendam *Brixianum* quum profes-
 sus esset, Episcopis nullam competere in rebus publicis po-
 testatem, solenniter præsentibus 1000, præsulibus hære-
 seos condemnatum esse: quo jure hoc factum sit, nemo sa-
 nus non poterit judicare. Felix, quem faciunt aliena pe-
 ricula cautum!

(t) vide dicenda infra §. XVI.

(u) in *Tortura Torti* p. 36. Acerbissime ob hæc verba in

publicæ, à Sacerdotibus eam gubernari, videbimus. Quæ quidem tractatio potissimum nostri est instituti.

§. XII.

Si igitur paulo altius rem introspeciamus, non possumus, quin eam amplectamur sententiam: quod nequaquam sit è re civitatis, eam a Sacerdotibus gubernari. Cujus asserti rationes exposituri, observamus I. quod longe diversissimum sit sacerdotum munus natura sua, a Magistratum officio, præcipue si ex fine, prouti par est, rem æstimaveris, qui, ubi ab honore Dei scopo illo communi discesseris, illis est salus Ecclesiæ aterna, sive, ut Magnus noster BUDDEUS loquitur (x), *reconciliatio hominis cum Deo*, his tranquillitas atque securitas publica (y). Heic non possum non mirari impudentiam *Hadriani Houyni* JCTI Belgici, qui in *Politica sua contracta* hanc defendere sustinuit hypothesein; *Eundem esse finem Rerumpubl. qui Ecclesiæ, vitam scil. aternam* (z); quod quam falsum sit, &

Anglum invehitur *Mart. Becanus* S. J. in refut. Torturæ torti c. 2. paradoxo 7. p. 1022. col. 1. opp. tomo 2.

(x) Theol. Mor. P. 2. cap. 3. Sect. VIII. §. IX.

(y) cui fini tanquam finis alius secundarius s. medium necessarium subordinatur religionis propagandæ studium. vid. Ill. *Puffend.* de Off. Hom. & Civ. Lib. 2. c. III. §. 4. it. in jure naturæ & Gent. Lib. 7. c. 9. add. *Grotius* de jure summæ potest. circa Sacra c. 1. n. 13. conf. mox dicenda a nobis §. 14.

(z) cum *Houyno* fere consentit *Fortunius Garcias*, eundem



& lippis quoque est notum & tonforibus, qui & originem & indolem societ. civil. non nihil perpenderit accuratius. Jam quis Cato risu temperare sibi poterit, cum scriptum ab *Houtyno* invenerit: *Magistratibus ob suam in sacris potestatem nomina pastorum preconum Dei, Episcoporum, Pontificum Sacerdotum Apostolorum &c. esse tribuenda (a)*

§. XIII.

Nobis certum est atque persuasum, magnum intercedere discrimen non modo inter finem civitatis atque Ecclesiæ, sed & inter earundem objectum non formale solum, sed & subinde materiale, ut cum Philosophis loquamur. Namque magistratum est, leges ferre, lites inter cives obortas dijudicare, bella gerere, eademque componere & quæ sunt alia ad Reipubl. salutem facere visa. Et vero Sacerdotes animarum suæ concreditarum fidei agere curam, deque sacramentis rite dispensandis, ac instillandis hominum menti effectis divinis solliciti esse debent.

§. XIV.

Quæres, si ita differt Sacerdotum atque principum objectum, quid ergo de jure magistratus circa sacra s. jure Patronatus regio (ut quidam loqui amant) C 3 (b)

finem legum civilium & Ecclesiasticarum asserens, quem confutavit *Petrus de Marca* l. f. c.

(a) Detexit hoc *Houtyni* Errores, eosque de industria per-



(b) Ober Bischöflichen Macht (c) dicendum erit. Enim vero cum a religione haud exiguum felicitatis publicæ momentum pendeat (d), quippe non solum illa cives in officio continentur, sed & imperantes ea duce omnium optime scopum suum consequuntur, hi tanquam nutritii Ecclesiæ (Jes. XLIX. 3.), qui quicquid in se est Deo devoverunt, cœtui civium suorum in unam societatem Sacrorum causa coënantium (e) quantum pos-

strinxit Puffendorfus in appendice tractatus de habitu Religionis Christianæ ad vitam civilem.

(b) Vocant jus patronatus regium, ut distinguatur à jure patronatus, quod etiam plebejis hominibus in templorum ædificia atque Ecclesiam singulari modo liberalibus competere censetur vid. Ziegler I. sup. cit. c. XIII. §. 26. conf. Idem de distinctione inter jus patronatus, jurisdictionis, & episcopalia c. 17. §. 3.

(c) Hæc appellatio reperitur in Sereniss. Brandenb. Elect. decreto wegen Freyhelt der Weicht-Stuhls promulgato Coloniz ad Spream d. 16. Nov. 1698. In Instr. pacis Osnabr. vocatur jus Diocesatum.

(d) ut modo diximus not. (x) conferri huc præter autores ibi adductos potest Aristoteles Polit. Lib. VII. cap. 8. disertis verbis inter ea $\alpha\upsilon\tau\acute{o}\nu\ \pi\acute{o}\lambda\iota\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \alpha\upsilon\tau\acute{o}\nu\ \epsilon\iota\eta$ referens $\tau\eta\upsilon\ \pi\epsilon\pi\iota\ \theta\epsilon\acute{o}\nu\ \epsilon\pi\iota\mu\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\iota\alpha\upsilon$. Sic & R. Schimon in tract. Talmud. Pirke Abboh c. I. n. 2. (coll. c. III. n. 17.) ait: על שלשת דברים העולם עומד על התורה ועל העבודה ועל גמילות חסדים.

(e) id est, tribus rebus $\text{על העבודה ועל גמילות חסדים ועל שלשת דברים העולם עומד על התורה}$ mundus (respublica) inniuitur, legi, religioni, & mutuis officiis. Ita Seneca in Thyeste: *ab inon est pudor, nec cura juris sanctitas, pietas, fides, instabile regnum est.*

(e) Falluntur scil. Hierarchici illi, qui regimen Ecclesiasticum



possunt, (possunt autem maxime) non solum defendendo (f), sed & coërcendis hæresibus (g) abusi-
sibus

solis Sacerdotibus competens, & à civili prorsus distin-
ctum, imò ei ita præferendum, ut hoc illi subordinetur, fini-
gunt, vid. Conc. Trid. sess. XXIII. can. 6. conf. Ill. *Puf-
sendorius* tm *Hell. Religions-Recht* §. 5. p. m. 21. Edit.
Germ. Certe respubl. non est in Ecclesia, sed hæc in
illa, adeoque haud secus ac aliud collegium directoribus
reipubl. subicitur, ordinariè omni, quod est in ditione
sue, imperantibus vid. *Ziegler de jure Maj.* Lib. I. c. I. §.
V. Et illi quidem eo majorem ejus agere curam debent,
quo majora mala ab hoc collegio oriri possunt. Confer
contra *Philippum Jacobum Hartmannum* sæpius jam lau-
datus nec unquam satis laudandus **BUDDEUS** noster in
*Dissert. de Conc. relig. & status c. V. §. 9. add. D. Böh-
mer* JCtus Halensis celeberrimus in observationibus se-
lectis ad *Petrum de Marca* col. 53. seqq. qui non solum
omnem hierarchiam, sed & vulgarem, hierarchicis tamen,
ut putat, faventem sententiam rejicit, quod scilicet
Ecclesia constet ex tribus ordinibus civili, sacerdotali &
œconomico (*Wehr Lehr, und Mehr-Stand*). Ast ut ve-
rum fatear ipsa illa distinctio commode explicata retine-
ri posse mihi viderur. Quid? quod ipsi *Rabbini* in expo-
sitione sententiæ V. Cap. III. *Pirke Abhoth* simile quid
afferunt de *הנהגה* sive gubernatione, quod illa sit vel
מלכות Regni Magistratus competens, vel *אלוהית* *Divi-
na*, Theologis propria, vel *טבעית* *naturalis*, quam & alias
עבודת *Oeconomicam* vocat.

(f) quod unicum hac in parte principis tribuunt papicolar, sed
ita, ut in hoc etiam à Pontificis arbitrio pendendum ipsa
sit. conf. de hoc ipso principum officio *Casp. Ziegler de ju-
re Majest.* Lib. I. cap. 22.

(g) Vid. *Ziegler* l. c. C. XVI.

fibus atque blasphemis intenti sint oportet (b), juxta exempla judicum regumque Israëliticorum (i) & jura protestantibus principibus in pace religiosa quam vocant (k) & Gueſtphalicâ (l) tributa. Quo pertinet di-

(b) quæ etiam mens fuit Majoribus nostris p.m. in Repetitione August. Conf.

(i) vid. *Jacobus Angliæ Rex* in Apologia pro juram. fidelit. p. 155. quem confutaturus *Mart. Becanus* in Tr. pecul. ignorantiam suam ac adulandi Pontifici ridiculam consuetudinem misere ostendit (cap. 2. & iisdem fere verbis in *Manuali controversiarum* Lib. III. c. 18. & 19. app. tom. 2. p. 1562. seqq.) negans, principes in Vet. T. Sacerorum ullam egisse curam. Quæ in re consentientes sibi *Nic. Sanderum*, *Thomam Stapletonum*, *Robertum Belarminum*, atque *Ad. Tannerum* laudat in *Refutatione Torturæ Torti* c. 3. p. 1020. Longe rectius ejusdem religionis consors *Petrus de Marca* Lib. 2. de conc. sacerdot. & imp. c. 5. §. 3. col. 110. seqq. & prolegg. col. 108. contrarium asserit, quamvis in eo peccet, quod V. T. exempla à magnatibus Christianis non vult in imitationem trahi I. c. cap. VI. conf. *Cel. D. Böhmer* in Annot. ad *Marcant.* col. 90. 104. ubi ostendit etiam priscos Christianorum imperatores *Constantinum*, *Carol. Magn.* &c. jus circa sacra constanter usurpasse.

(k) §. 20. damit auch obberührte.

(l) Art. V. conf. Per *Illustris Lynckerus* in *Diff. de Libert. Stat. Imp. Sect. 2. §. 3. p. 40. seqq. Celeb. Jeger* l. f. c. Cap. V. III. *Seckendorff Fürsten Staat* part. 2. cap. II. §. 2. it. *Autor des Monatlichen Staats-Spiegels*, 1699. mens. Febr. p. 36. seqq. inquit: Es ist bekant, daß die protestirende Stände des Reichs in thren Territorio durch den Religions- und Westphälischen Frieden die

disciplina scholastica, nec non ceremoniarum rituumque instituta, (m) de festis celebrandis mandata, (n) bonorum Ecclesiasticorum dispensatio, (o) & conciliorum ac synodorum convocatio (p), imo imperium in ipsos

höchste Gewalt in Geistlichen Dingen / welche sie sonst ad differentiam des Göttlichen geoffenbahrten Worts selbst / quæ interna dicitur religio, potestatem circa religionem externam nennen / behauptet / Krafft welcher sie nicht nur die Ecclesiastica, so den Bischöffen in den Catholischen Landen über die Untertanen zustehen / sondern auch diejenige höchste Gewalt / welche ap. Catholicos dem Pabst allein zukommt / exerciren.

- (m) vid. *Jo. Car. Navii* Diss. de potest. Principis circa Jurisdic. & Discipl. Eccl. *Voetius* Polit. Eccles. part. 1. L. 1. Tr. 2. c. 4. qu. 2. p. 183.
- (n) Vid. *Reinking* de Regim. Secul. & Eccl. Libr. III. class. 1. c. 2. p. 1064. seqq.
- (o) vid. *Idem* cap. 3. p. 1073. seqq.
- (p) *Idem* c. 4. p. 1079. seqq. conf. *Jo. Gerhard.* Conf. Cath. L. 2. art. 4. c. 1. *Ziegler* l. 1. c. 15. toto. *Marcus Anton. de Dominis* de Rep. Eccles. L. 17. cap. 5. §. 5. 104. (ubi contra *Baronium* imprimis pugnat) *Petrus de Marca* Lib. IV. c. 3. late demonstrans, jus instituendorum conciliorum antiquitus imperatoribus ac Gallia etiam Regibus (coll. Lib. VI. cap. 18. 19. 22. 24. sqq.) competiisse. Sic & *Voetius* l. c. qu. 4. seqq. p. 184. seqq. magistratibus, in quos alias iniquior est, potestatem istam concedit. Sed Pontifici eam suo vindicat *Bellarminus* Lib. de Conciliis & Eccles. cap. 12. 13. 14. & dissentientes à se *Lutherum*, *Molinæum*, *Calvinum*, *Brentium*, *Nilum*, *Centuriatores*

ipſos Clericos (q), atque alia, in quibus tamen Miniſtri

Magdebb. refellere irrito conatu nititur. Saniora cum docere potuiſſet ipſe Pontificius *M. Edmundus Richerius* Doctor & Socius Sorbonnicus, qui in *Historia concilii gener.* (edita Coloniz Annis ab hinc pluſquam triginta in 8. vid. *Acta Erud. Lipſ.* anno 1682. menſe Nov. p. 494. ſqq.) antiquiſſimis temporibus convocata ab Imperatoribus concilia eſſe, egregie evicit, quicquid etiam adverſarii ejus obmuſſitent. vid. *S. R. Fecht. Philolocaliz Diſp.* IV. §. 31. p. 164. ſqq. Senſit vim argumentorum Richerianorum *Innocentius XI.* cumque regeri iis nil ſolidi poſſe videret, conſueto ſtratagemate hoc aliaque boni viri ſcripta indici librorum prohibitorum inferuit his verbis: *Edmundi Richerii opera, cujus etiam eſt liber Anonymus prohibitus, & qui denuo prohibetur, inſcriptus de Eccleſiaſtica & Politica poteſtate liber unus.*

- (q) Hoc contra *Baronium* ex SS. literarum atque patrum diſtis, & exemplis antiquis evincit, *M. A. de Dominis* l. c. c. IV. ex quo etiam *Bellarmini* de libertate Clericorum à poteſtate principum ſententia propoſita L. I. de Clericis c. 28. refutari ſolide poterit. coll. *Cel. D. Jageri* Concord. Sacerd. & Imp. cap. XVIII. Memoratu imprimis dignum eſt edictum graviffimum *Friderici I.* Imp. promulgatum 1157. cum *Hadrianus IV.* hoſtium imperii in Italia Patronus (cujus motus deinde continuati ſunt ab *Alexandro III.*) Clericos ab homagio Imperatoris liberos eſſe juberet. Pertinent huc quoque lites de inveſtitura ſ. inthroniſatione, uti vocabant, *Episcoporum*, quam Pontifex tandem *Heinrico V.* proh dolor! extorſit, cum tamen antea anno ſc. 964. maximis pœnis afficiendos imo excommunicandos eſſe, *Leo Pont.* decreviſſet.

ftri verbi divini, tanquam rerum sacrarum peritissimi
 D 2 in

set eos, qui tale quid molirentur. Ita enim sonant ejus
 verba: (in decret. Gratiani Dist. LXIII. c. XXIII.) *Ad
 exemplum B. Hadriani, Apostolicae sedis antistitis, qui Do-
 mino Carolo victoriosissimo Regi Francorum atque Longo-
 bardorum patriciatus dignitatem atque ordinationem Apo-
 stolicae Sedis & investituram Episcoporum concessit* (conf.
Herm. Conringius de German. Imp. Rom. Cap. VI.) *Ego
 quoque Leo Episcopus Servus Servorum Dei cum toto Clero
 ac Rom. populo constituimus & confirmamus & corroboram-
 us & per nostram Apostolicam auctoritatem concedimus
 atque largimur Domino Ottoni primo regi Teutonicorum e-
 jusque successoribus hujus regni Italia in perpetuum facul-
 tatem eligendi successorem atque summae sedis Apostolicae
 Pontificem, ac per hoc Archi-Episcopos seu Episcopos, ut
 ipsi ab eo investituram accipiant. Si quis contra hanc regu-
 lam & Apostolicam auctoritatem aliquid molietur hunc
 ex communicatione subjacere decernimus, ac nisi resipuerit
 irrevocabili exilio puniri vel ultimis suppliciis affici. Ne-
 que eo secius pestifer Papa coegit Heinricum V. (ut di-
 xi) ad jus hocce suum omittendum. vid. Cel. noster D.
 D. BURC. GOTTH. STRUV Patronus noster ma-
 xime venerandus in Syntagm. Hist. Germ. Disp. de Heindr.
 V. Heim. Meibomii Lib. Sing. nec non Justus Christoph.
 Dietmar Prof. Viadr. in Tr. pec. haud ita pridem edito,
 Ziegler de jure Majest. Lib. I. c. 27. fin. Schilter de Eccles.
 Germ. Libert. Lib. IV. c. 5. qui haud secus ac Schurzstiech
 in Disp. de eo quod expedit imperio §. IX. not. 3. cessio-
 nem istam imperatoris irritam esse existimat. conf. Pe-
 trus de Marca Lib. VIII. c. 9. 22. ubi non solum quam
 plurima ex limpidiſſimis antiquitatum fontibus hausta*



de Imperatorum, regum Gallicanorum atque Hispanorum in constituendis Episcopis jure affert, sed & de controversiis istis ob investituram exortis egregie dislerit, Imprimis memorabilis est blasphemia Palchalis II. (annotata à Marca cap. 20. §. 2.) dicentis: *Si regibus investire Clericos liceret, meritum Christi irritum & Ecclesiam principum Mancipium fore.* Vid. etiam de illis libris *M. Ant. de Dominis* Lib. I. c. 7. toto, *Flacius* de primatu Papæ p. 75. *Lehmann Chron.* Spir. L. V. e. 42. & alibi præcipue L. III. c. 24. ubi simul totum de ea, quam sibi arrogat Pontifex, in Reb. civ. potestate argumentum solerter admodum pertractat. Ceterum an, & quatenus jus vocandi atque ab officio removendi Ecclesiastas sit penes magistratum, nolumus jam disputare; potius petere, quæ huc ea de re pertinent, lector poterit ex *Bartholdi Krakevitzii* Progeusmate Papocæ sarias seu oratione de dominatu in Ecclesia Christi Politico habita 1628, (quam 1705. recusam disputationis loco defendit *B. D. Job. Frider. Mayerus*) *Slutero* de Ministris Eccles. cap. 2. seqq. *Cel. Jægero* l. c. c. 13. 14. 8. 9. *Puffendorffio* de habitu relig. §. 45. *Bechmanno* Instit. Theolog. Polem. p. 795. *Gerhardo* Conf. Cath. P. 2. L. 2. Spec. art. 6. c. 1. & LL. Theol. Tom. 17. de Ministr. Eccles. c. 3. §. 87. seqq. *Durrrio* in Observacionibus ad Aug. Conf. p. 214. seqq. *Gisb. Voëtio* Polit. Eccles. p. 3. L. 2. Tr. 4. qu. 7. p. 1329. qui acerbè satis restringit *Grotium* vocationem ministror. V. D. magistratui tribuentem vid. etiam *Becanus* l. f. c. cap. IV. & V. ex jure Canonico, civili & patribus corradens argumenta, quibus omnem principum in Sacris, præcipue electione ministrorum, potestatem infringere audet, illamque c. VIII. p. 1013. ita restringit, ut istos executores tantum, & servos atque defensores Ecclesiæ, non vero Judices esse, debere putet.

Conf.



in consilium simul adhibendi sunt (r). Ad Sacramen-
tis fidem hominis confirmare, de doctrinis fidei, Chri-
stianorumque officii disponere (s) magistratui mini-
me

D 3

Conf. *Idem* in Manuali Controv. Lib. IV. cap. 6. qu. 8.
opp. Tom. 2. p. 1568. Quid? quod Tridentinum conci-
liabulum decrevit, eos qui tantummodo à populo aut secu-
lari potestate ac magistratu vocati & instituti ad sacra mi-
nisteria ascendunt, omnes non ecclesie ministros, sed fures &
latrones habendos esse.

(r) Vid. D. D. Jäger cap. 1. p. 18. Ziegler L. I. c. 17. S. 5. sqq.
sic & Casilius in appendice Cyrop. (consentiente Mor-
boso Polyh. Liter. Lib. 2. c. 12. §. 30. p. 509.) Principes
monet: ut exquisita lingua ratio ad Grammaticum, ut cau-
se forenses ad Iurum, ita que in Ecclesia moventur de reli-
gione, ad collegia Sacerdotum referenda sunt. Hunc ipsum
in finem certa Synedria, (quibus Consistoriorum nomen
longe aliam significationem apud Autores antiquos v.
g. Ammianum, Marcellinum, Lib. 1. p. m. 72. Edit. Box-
horn. &c. obtinens vulgo tribuitur:) in Ordinum Evan-
gelicorum ditionibus sunt constituta, & in aliis locis ma-
jore, in aliis minore potestate prædita. Conf. de illis præ-
ter Voëtium aliosque D. Sigism. Goutl. Hilligeri Diss. uno
abhinc mense Lipsiæ edita, de foro Clerici delinquentis
§. IX. seqq. D. Hartungi Diss. de Jurisdic. Consist.

(s) Posset heic curiosa magis quam utilis quæstio moveri, an
magistratui (loquimur autem heic de magistratu, suffici-
enti rerum divinarum cognitione, instructo) liceat su-
binde uti cuius Theologiæ studioso verba SS. pro con-
cione publ. facere? qua de re Ill. Thomafius in caut. circa
præcogn. Jurispr. cap. 13. n. 38. coll. c. 9. n. 56. ita

me licet; cum edicta eorum supplementa tantum legum divinarum esse, nec nisi externe versari ipsi circa religionem debeant, interna vero administratio ad Sacerdotes pertineat (t.) Quod multi ita explicant, po-

te-
loquitur: *Finge hodie principem aliquem evangelicum etiam extruxisse templum, idque Deo consuetis ritibus esse consecrandum. An Princeps an Politici apti erunt ad orationem consecratoriam habendam? an, si apti sunt, admittet eos clerus? annon pretendet jus orationes ad populum habendi, preces ad Deum formandi, pertinere ad jus concionandi? at jus concionandi & maxime consecrandi pertinere ad potestatem internam circa Sacra, que nec principi, tantum adest, ut ulli politico sit tribuenda? Neque pretendo, ut turbandi sint circuli doctorum ecclesiasticorum, non mens est asserendi quod talia à Politicis fieri debeant, saltem quare, an injusta sint, si fierent? nec hic locus est, definire hanc questionem, saltem illud volo, ut medietur studiosus sapientie statum reipubl. Jud. & potestatem Levitarum etiam sub regibus. Et jam causam mihi dicat, cur Salomon in consecratione templi Hierosolym, orationem non curaverit ab Archiepiscopate, aut saltem à Levita fieri, sed ipse Laicus id ausus fuerit, & quidem, ut videtur, absque memoracione orationis prius in chartam conjecte, multo minus à Nabane ipse in calamus dictata &c. Nobis verba hæc Thomashana, quorum scopum qui non subodoratur obesse naris sit oportet, legentibus succurrit illud Syracidis c. III. 24. al. 22.*

(t) *Vossius in Diss. Epistolica de jure magistratus in rebus Eccles. (edita Amst. 1669. 4.) p. 37. potestas, ait, Ecclesiastica est duplex una interior, altera exterior. Interior versatur in his quatuor, verbi prædicatione, sacramentorum*

testatem magistratus hac in parte non formalem esse, sed objectivam, Architectonicam (ut Osiander loquitur), indirectam, & mediatam: quippe non tam circa sacra, quam eorum adjuncta, requisita, antecedentia & consequentia versetur. Unde & eam *potestatem circa Ecclesiastica*, quam *Ecclesiasticam* vocare malunt, deque ea non *administrandi*, sed *externe ordinandi, curandi, disponendi, dirigendi* vocibus utuntur, atque illam non arbitriam sed ad præcepta divina ac prudentiæ Regulas restrictam esse debere asserunt. Manet ergo discrimen maximum inter objecta ordinis politici & Ecclesiastici (u), quod & agnovit *Constantinus M.* ob ni-

mi-

administrations, ordinatione pastorum per impositionem manuum & usu clavium. Posterior potestas in externa gubernatione consistit, quæ religio publice sancitur, omniaque procurantur, quæ ad bonum religionis, qua publica est, pertinent. Prior illa potestas proprie est Ecclesiasticarum, posterior primo & per se competit magistratui. Sugillat vero hæc Vossii verba Voetius Polit. Eccles. P. 3. Lib. 4. Tr. 1. c. 12. p. 806. sqq.

(u) Non possum quin hæc recitem verba *M. A. de Dominis* Lib. 1. c. XII. § 43. p. 98. col. 2. iniquentis: *Seorsim principibus laicis non committimus regimen Ecclesie, ut ipsi proprie ipsam propria auctoritate regant. Commitemus tamen suo loco (scil. Lib. VII. fere toto) principibus laicis fidelibus curam & superintendentiam rerum & personarum Ecclesiasticarum, cum magna interim auctoritate & potestate, si non directa saltem indirecta: ita ut in quolibet regno Rex possit merito in bono sensu Catholico dici esse caput Ecclesie totius regni sui: dum videlicet cogere etiam potest Ec-*

miam in Clericos liberalitatem alias nobis notatus, quando dixisse ad illos fertur: *Vobis quidem eorum, quae sunt in Ecclesia, mihi vero eorum, quae sunt extra Ecclesiam, Episcopatus conceditur est.* (x) Cæterum plurima de jure magistratuum circa sacra exponere nostram non est instituti (y).

§. XV.

clerasticos, ut muneri suo satisfaciant, ut reforment Clerum & Ecclesias, ut fidem & religionem sanctam conferrent, ut hæreses & schismata comprimantur, & ubicunque generaliter rex cernit, ab Ecclesiasticis posse aut bonum civile commune promoveri, aut boni communis obstacula impediri, imo etiam ubi videt spirituale suorum subditorum bonum aliquid pati detrimenti, ex officio potest & tenetur omnem movere lapidem, ut & pacem communem, & commoda rei publ. servata Dei lege conservet, & ut salus animarum non periclitetur.

(x) vid. Eusebius de vita Constantini L. IV. c. 24. cujus verba Græca (ὁμοίως μὲν τῶν εἰσὼ. τῆς ἐκκλησίας, ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ Θεοῦ καθεσάμενος ἐπίσκοπος αὐτῶν εἶναι) in Episcoporum gratiam ita exponi posse: *vestrum est inter Christianos, meum vero inter Ethnicos propagare verum Dei cultum*, putat Marca Libr. 2. c. 10. §. 7. cit. 135. conf. præcipue Hugo Grotius de jure Magistr. circa Sacra cap. II.

(y) Plura peti poterunt ex quam plurimis authoribus non solum iis, ad quos hinc inde jam provocavimus Petro de Marca, Edm. Richerio, M. Ant. de Dominis, Casp. Zieglero, S. R. D. D. Jegero, Grotio, Vossio, Voetio, Gerbardo, Schiltero, Reinkingio, Puffendorffo, Thomasio, Kressio, Belarmino, Becano &c. sed & ex aliis, præcipue Anglis &

Quod de objecto Magistratuum atque Ecclesiastarum diximus, illud maxime differre, idem & de

co-

Batavis innumeris recensitis a *Voetio* P. I. L. I. Tr. 2. cap. 1. §. 4. p. 122. 130. quibus nos addimus *Magnif. ac S. R. nostri BUDEI* Theol. Moral. P. 2. c. 3. Sect. 7. §. 17. 199. & *Philos. Pract. P. 2. c. 4. Sect. 13. §. 19. 199. Cel. Böhmeri Jus Ecclesiasticum* nuperrime editum: *Joh. Oth. Thabor* Jctum *Giesl.* de Regim. Eccles. *Herm. Conringii* Dissert. de Majest. civilis auctoritate & officio circa Sacra, *Arniseum* de jure majest. *Brunnemannum* in Tr. posthumo de jure Eccles. cum annotationibus *Generi* ejus *Celeberrimi Sam. Strykii* edito *Francof. 1681.* (vid. *Acta Erud. 1682. mense Augusto p. 254.*) *Ipsius Strykii* Diss. de jure Papali Principum Evangelicorum, nec non varia scripta à Pontificiis sub & ante reformationis tempus de hoc argumento composita, atque à *Goldasto* in Monarchia imperiali collecta. Pertinent & huc ii, qui de jure Patronatus egerunt, *Ant. Faber* Lib. pec. Jenæ 1626. edito, quem anno post *Argentinae* secuta est Diss. Inaug. *M. Zach. Hermanni* it. *Wincopius* Prof. Cath. Erf. in Diss. edita anno 1694. *Nevius* im *Priester* *Necht* c. 4. & 5. Omitto nunc scriptores quosdam *Jrenicos*, atque *Henoticos*, passim de jure principum in sacris agentes, sed latius, quam par est, illud extendere visos. Id quod & a multis desideratur in *Illustris* deque re literaria egregie meriti *Thomasi* ac *DNI. Brenneisenii* (qui illo auspice sua edidit) scriptis hac de re editis. Vide illis oppositos *Tractatus* à *Carpzovio* & *Stolzio*, quos pariter ac totius controversiæ seriem enarrat *Ipsè Thomasi* in cau-

E

eorundem, in muneribus exequendis, modo affirmare rectissime posse videmur. Illi enim jubent, mandant, imperant, est, ut Poëta ait, proratione voluntas, nec cuiquam licet, eorum legibus (dummodo contraria legibus Divinis non contineant) resistere, etiam si earum utilitas vel ignoretur, vel nulla omnino in Rempubl. redundet. Ea enim intercedunt inter proceres & subditos pacta, ut hi obstricti sint, ad voluntatem suam illorum voluntati prorsus subjiciendam, & media salutis atque felicitatis ab ipsis proposita, cœco amplectenda obsequio. De animarum vero pastoribus longe aliter res se habet. Namque illi nihil sua præcipiunt auctoritate, sed movent tantum, hortantur, & precantur populum. Nec suas huic leges ferunt, sed explicant tantum & commendant à Christo sanctitas, earumque ostenso usu, nemini cuiquam invito illas obtrudunt, nec potestas ipsis est, earundem pro lubitu abrogandarum atque mutandarum: magistratus sunt

Do-

cautelis circa Jurisp. Eccles. c. 17. & distinctionem inter jus circa externa & interna Ecclesie exhibat. Quam litem nostram jam non facimus. Claudat agmen auctorum responsum juris egregium ab Ill. *Heinr. Gunthero Thulemaro* (cujus tamen nomen non præ se fert titulus) compositum, quo demonstratur, in *causis Ecclesiasticis & in specie Canonicalibus & præbendariis*, à statibus evangelicis ad suprema Germanie tribunalia non licitam nec legitimam esse aut efficacem appellationem, sed illis in ditionibus suis jus summum s. Papale circa omnes causas ecclesiasticas & spirituales competere, secunda vice editum 1700. 4.

Domini, Sacerdotes vero ministri gregis sui (z): illi sumtuariis, capitalibus, aliisque externis poenis dicto haud audientes afficiunt, adeoque ut timeantur ab omnibus dant operam. Hi vero cum amorem erga se in omnium excitare animis, eosque cum Deo reconciliare studeant, humanissimis ac genio statuique peccantium in leges divinas, prudenter accommodatis verbis eos castigant, iram divinam, inferni cruciatus, conscientiae (quae praecipue ab ipsis afficitur) inquietudinem & quae sunt hujus generis alia ob oculos ipsis ponunt, nec quicquam ipsis cum pecunia multatitia est commercii, certe esse haud debet (a). Plura, quae

E 2

cum approbatione trium religionibus diversis addictorum collegiorum Juridicorum *Marpurgensis, Herbipolitani & Tubingensis.*

(z) Absteriturus *Christus* discipulos suos à conjunctione facti muneris cum politico ipse ab hac diversitate munerum argumentum petit. Matth. XX. v. 25. vid. quae diximus ad §. VII.

(a) De discrimine poenarum (liceat ita cum vulgo loqui) Ecclesiasticarum à Politicis vid. *Marca de Conc. Sac. & Imp. L. II. c. 16. §. 17. conf. M. A. de Dominis de Republ. Eccl. L. V. c. 2. §. 30. 38.* multis ex antiquitate s. tam testimoniis quam exemplis allatis ostendens, non esse poenas clericis poenas proprie sic dictas, civilibus similes. conf. §. 37. seqq. ad fin. cap. ubi objectionibus *Bellarmini* solide respondet. Sic & L. V. c. 7. toto speciatim de poenitentia Eccles. quae poenae alicujus speciem habere videbatur, agit. An vero excommunicatio ipsa (de qua late *Voëtius* Pol. Eccles. Lib. IV, P. 3, Tr. 3. toto) sit poe-

quæ huc pertinent, scientes, volentes omittimus
(b.)

§. XVI.

na proprie sic dicta, atque an distinctio, inter pœnam medicinalem & mortalem (allata a *Reinkingio* de Regim. Sec. & Eccles. L. 3. Class. 2. c. 2. n. 33.) rem conficiat. judicare facile quis poterit. Certe si *Puffendorffianam* pœnæ definitionem reperiundam, L. 2. de offic. Hom. & Civ. c. XIII. §. 4. tuam facias, multum Te prius torqueas oportebit, quam pœnas veras in Ecclesia deprehenderis. Conf. Id. de habitu relig. §. 28. cum, inquit, neque *Salvator noster* & *Apostoli* quid potestatis civilis exercuerint, & cæcus *Christianorum* primitus alieno imperio obnoxii egerint, excommunicatio bannumve & quicquid erat discipline Ecclesiasticæ nullum potuit effectum producere, qui ad conditionem alicujus civilem pertingeret, ac pœna humana proprie dicta indolem & vim haberet. Id quod clarius patebit, si loca novi instrumenti, ubi de hac re agitur penitus excutiantur vid. *D. Kress* in Comm. ad *Puffend.* p. 380. id. *D. D. Hilliger* in Diss. de foro clerici delinquentis §. 15. p. 23. seq. observans, perraro *Jus Canonicum* ejusque *Autores Pontifices* (reduplicative scil. spectatos) pœnas statuere corporales.

(b) Alia discriminis hujus momenta diligenter pro more suo congeffit *Voetius* l. c. P. I. L. I. Tr. 2. c. 1. §. 4. p. 122. *Puffendorff*, de hab. religionis, §. 33. & 42. ejusque commentator egregius *D. Kressius* p. 418. & 476. *Bellarminus* L. I. de Rom. Pont. Lib. I. cap. VII. opp. Tom. I. col. 624. qui hinc probare contra *Brentium* nititur nullam principibus circa Sacra curam competere: sed falso.

Id vero nunc in aprico esse arbitramur : quod & fine, & objecto, & agendi modo Ecclesiastæ a principibus differant, atque adeo pronissimum erit ex hactenus dictis concludere, quod non solum non conducatur Reipubl. sed & difficillimum sit, utrumque munus, in una persona conjungi. Perpendat modo quis mirificam illam, rerum longe gravissimarum Varietatem, cui sustineandæ ne solertissimus quidem homo par esse commode poterit (c); perpendat, quam facile, si duo illa

E 3 mu.

(c) Non est, quod heic objicias, posse principem muneri sacro simul præfectum, hoc ab alio ad ministrandum curare, adeoque utriusque officio parem esse. Sane optimus gubernandi modus (qui Ecclesiæ debetur) non est is, qui alius hominis fidei concreditur. Imo hac ratione principes ipsi non erunt Ecclesiastæ. Quid? quod, si ita in Sacris surrogare sibi pro lubitu Vicarios licet, poterit indoctissimus atque improbissimus quisque summos in Ecclesia honores adipisci, eosque deinde alii demandare, qui ejus vices tam in sacro munere, quam officiis Christianismi sustineat.

Quod vero *Reinkingius* Lib. I. de regim. Sec. & Eccl. class. 4. c. 9. n. 18. 381. ait, non minus quam magistratum dignitatem distare Textoris officium ab Ecclesiasticis muniis. Neque eo fecius Paulum Apostoli simul & Textoris vices gessisse, adeoque diversitatem officii Sacra Politico non obstare, quo minus utrumque ab eodem homine commode sustineri possit. Sane longe alia ratio erat Pauli Textoris simul & Apostoli, quam

munera eidemque homini tribuantur, confusio ob maximam Ecclesiasticarum rerum à Politicis distantiam minime tolerabilis oriatur, in iis præcipue, in quibus Ecclesiæ pariter ac civitatis foret ratio habenda. Certe multi huiusmodi Principes non minori se in subditos pollere potestate, quatenus illi sunt in Ecclesia suæ

fi-
 Theologorum regnantium. Ille enim manibus sibi suis vitium acquisivit, ne gravis Ecclesiæ pauperulæ esset, observaturus consuetudinem Judæorum, quorum literati plerumque opificium simul aliquod profitebantur (vid. commentatores ad *Pirke Abhoth* c. II. n. 2. conf. ex *Drufo*, *Guilielmus Cave* antiq. Apostol. in vita Pauli c. 7. §. 4. p. 330. seqq.) Ii vero Sacerdotes, qui ad honores aspirant civiles, ambitioni tantum suæ velificantur, Pauli opificium promovit etiam relig. Christi, quippe quam eo libentius amplectebantur atque servabant pauperes, quod in Apostoli alimenta nullos impendere sumtus cogebantur. Horum vero conatus nocent maxime Christianismo (ut statim ostendemus), eoque graviores merentur censuram, quo liberalius hodie plerisque in locis sustentantur Clerici, id quod Pauli tempore nondum obtinebat. Quæ *Bellarminus* contra nostram argumentandi rationem affert L. V. de Rom. Pont. cap. IX. col. 1103. tom. I. opp. nullius sunt momenti. Primum quidem ait: potest unus homo duabus regionibus aut duobus Episcopatibus à se invicem diversis præesse, quidni etiam Regno simul & Sacerdotio? Enim vero Rex duo regna gubernare, vel Clericus duobus Episcopatibus præsidere ideo possunt facilius, quam unus homo Sacerdotium simul atque imperium tenere, quia illi versantur circa duo similia, hic circa dissimilima. Hinc & patet quid re-



fidei concredita, quam, quatenus vivunt in civitate, existimabunt. Unde maximum religioni creari periculum infra ostendemus. Imo ipsa plebs ita confundet duo ista munera in uno connexa viro, ut ejusdem valoris atque momenti esse putet, quæ ille tanquam Princeps mandat, ac ea quæ tanquam pastor proponit; Unde alterutra ex parte vel in excessu vel in defectu obsequii peccabit, & si vel mediocriter in rebus Politicis ab eo offenderetur, protinus omnem erga illum sacerdotem amorem (cujus alias in movendis hominibus maxima vis est) exuet. Et quæ sunt alia confusionis genera. Minus ergo probabit optimus quisque eorum ambitionem (d), qui sacerdotium

spondendum sit ejusdem ineptiis, quando l. c. ita nostrum argumentum oppugnat; maximum intercedit discrimen inter bellum & pacem, idem tamèn homo togatis præesse potest atque armatis, Ergo non impedit diversitas Ecclesiastici muneris à principatu, quo minus utrumque unus idemque homo teneat. Nullum heic iterum nexum s. consequentiam, ut ajunt Logici, in argumento Bellarmino deprehendere licet. Cum enim idem finis (ad quem præcipue attendendum esse etiam atque etiam nomen) belli censeatur, qui est pacis & totius societatis civilis, salus nimirum & felicitas Reipubl. non potest solum sed debet etiam utriusque curam agere magistratus. Applicet hæc, si potest, bonus vir ad sacerdotium atque imp. civil. quæ uni personæ vult tribui; Erit mihi magnus Apollo. Mitto jam alia quibus Bellarmini *Φλυαγίσαι* discussit noster Gerhardus de Min. Eccles. §. 19.

(d) Nullus dubito ambitionem s. honorum adpetitum va-



tium cum principatu conjungere student, cum tamen Sacerdotum munus ipsum jam sit honorificentissimum (e) Atque ita absurdos & supervacuos eorum esse conatus, qui novos honores civiles appetunt, cordati Theologi facile judicabunt, & quantum in se est *πολυπραγμοσύνην* fugient, *Ambrosio* consentientes, dicenti: *Ecclesiasticus idcirco se Deo probat, ut huic devotus officium impleat, quod spondit, in Dei rebus sollicitus, à seculari negotio alienus.* Aliter si se gerant, nescio quomodo disturbabuntur & vel ommissis publicæ, rei

num conjunctionis imp. civil. cum Sacerd. patrem, avaritiam, matrem, & voluptatem nutricem ejusdem dicere: quid ex his fontibus venenatis boni expectandum sit, cum facile quilibet judicare possit, non opus est, ut prolixè exponam.

(e) Non possum non huc referre verba *Rhabani Mauri* Abbatis tunc *Fuldensis*, deinde *Archi-Episc. Mogunt.* sub finem libri de *Chor-Episcopis* (quem post *Labbeum* concilior. tom. VIII. appendicis instat *Petri de Marca* operi sæpe jam laudato subjunxit *Steph. Baluzius* col. 1621.) dicentis: *grandis honor est Christi ministrum esse.* Unde & *grande premium bene ministrantem sequitur, ita ut cum Christo & Sanctis Angelis ejus in caelesti beatitudine sine fine letetur.* Atque ideo non convenit servis Christi, contendere de sublimitate honoris, sed magis certare de utilitate sane predicationis & assiduitate bone operationis ut populus Christi audiat ex ore eorum verbum rectæ fidei, & videat in actibus eorum bonum exemplum per humanitatis indicium. Quia, juxta veritatis sententiam, omnis qui se exaltaverit humiliabitur & qui se humiliaverit, exaltabitur.

rei negotiis, in civitatis perniciem, sacris tantum intenti erunt, vel neglectis his illa tantum tractabunt, & sic, ut verbis utar *Marci Ant. de Dominis (f), Ecclesiastici ministri nihil minus erunt, quam Ecclesiastici ministri.*

§. XVII.

Accedit II, quod tale imperium raro constans atque tranquillum esse, sed plerumque in Tyrannidem degenerare, ex haud paucis exemplis in dissertatione nostra priori adductis colligere licuit. Et quid quæso faci-

(f) Lib. VI. de Rep. Eccl. c. 8. §. 4. p. 148. col. I. ubi gravissime in Pontifices atque ab ejus imperio pendentes Cardinales invehitur, iisque objicit præcipue ex Origene illud Christi Luc. XIV. 13. πᾶς ὃς ἐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, ἔδυναται μὲν εἶναι μαθητὴς. At noster papa, ait, & Episcopi utinam non potius Christo renunciarent, ut possiderent omnia. Idem §. 17. ita loquitur: testem hie ego Romanam ipsam curiam advoco, dicant ingenue, qui perpetuo Vaticani seu Quirinalis terunt limites, plusne Pontificia opera Ecclesiastica quotidie hoc est, spiritualia insumant negotia, an profana? Quinam singulis ferme horis ad negotia deputatis Pontificias pulsent aures, Episcopine & animarum pastores, ac divine Scripturæ studiosi, an auditor Cameræ, Thesaurarius, Camerarius, Fiscalis, Datarius, Governatores, Oratores principum & similes? quibus negotia perpetuo temporalia dumtaxat tractaturis statim & januæ & aures patent Pontificis, à custodia matutina usque ad noctem, imo sæpe ipsa quoque nocte vel in tempesta, &c.

facilius, quam ut illi Ecclesiæ simul atque Reipubl. præsidet, identidem (non semper enim hoc fieri, hodiernum imperantium felicissime regionibus suis multorum Episcoporum illustria exempla docent) sacrorum causam crudelitati, ambitioni, avaritiæ & quibus tandem non vitis obdant, illorumque communi veneratione abusi, nihil non moliantur ad miseros subditos suos opprimendos penitus. Cum religio simplicia hominum pectora ad quævis obsequia pertrahat, vi autem civili, qua principes isti sacrificuli simul pollent, facile subjici jugo possint erectioris animi Viri, si sponte huic colla non submiserint, sacrosque scil. istos conatus impedire annexi fuerint (g). Hæc ita se habere, qui-

(g) alias tres affert causas *Limæus* Jur. publ. Tom. I. c. 3. L. III. n. 4. sqq. quare haud adeo prospere cedere solet Theologorum regimen (1) quia longe libentius plebs pareat iis, quos hæreditario jure gubernacula conscendere videt, quam, quos fortunæ nutus evexit. Notum enim est, quod inter Catholicos, ubi præcipue Theologorum obtinet imperium, principes Ecclesiastici uxoris ducendæ potestatem non habeant atque adeo filios in subditorum solatium educare non valeant. (2) Quia Clerici improles suo tantum commodo sint intenti, deque Reipubl. felicitate parum solliciti, cum è contrario principes alii hæreditibus suis eam relinquere studeant quam florentissimam (3) quia Clerici nulla Reipubl. administrandæ gaudeant peritia. Verum an hæ rationes singulæ probent id quod debebant, subdubitemus. Nos certe, nisi aliæ suppetere, victis iis, qui conjungendum cum Sacerd. regimen civile putant, fere daremus manus. Potius causa



quilibet historiarum vel mediocriter gnarus nobis concedet, utque ab hoc regimine (nisi juramento obstrictus jam sit ad obsequium) abhorreat, haud difficulter persuadebitur. (b) Si quæ ergo est, Respubl. quæ modicam libertatem omnibus connatam atque à majoribus acceptam ad posteros transmittere, quæ jura sua antiqua tueri, quæ de salute sibi sua prospicere, & finem omnis societatis civilis ex voto obtinere cupit, caveat sibi & à Theologis, qui rebus politicis manum injicere religioni sibi haud ducunt, & a magistratibus, invadere, quæ separata ab ipsorum potestate Deus esse voluit, ausis, adeoque incredibili se obstringentibus piaculo. Hinc certe Rerump. everfiones, hinc seditiones natae, hinc Lerna malorum fluxit, adeo, ut tale imperium etiam in proverbium Germanis cesserit (i).

F 2

§. XVIII.

aliqua damnorum ex Theologorum imperio oriendorum dici posse videtur id, quod supra exposuimus, scilicet tot negotiis toto caelo diversis unum hominem mimime sufficere.

(b) Quem ipsum in finem B. Joh. Conr. Danhaucus Hodof. Christ. Phæn. 2. p. m. 102. exempla Heraldaldi Danorum regis ex Saxone Grammatico, Arsenii Patriarchæ ex Nicephoro, Pii V. ex Thuano adducit, hisque subjungit verbum illud Synesii Cyrensis Episcopi: συναπτειν την βασιλειαν τη ιεροσυνη, συγκλωθεν εστι τα ασυγκλωστα hoc est. conjungere Sacerdotium cum imperio est connectere, quæ connecti commode nequeunt.

(i) Quod recentior Clar. D. Joh. Christoph. Wenzel in Historischen Medner p. 33.

Longe vero omnium maxime III. dissuadet nobis istud regiminis genus avitæ orthodoxiæ amor. Quippe quæ, dici non potest, quanto in periculo versetur, ubi penes eosdem Sacrorum est cura, qui summam rerum in civitate tenent. Quod si enim hæresis aliqua animum istorum occupavit, eadem alios inficere labe procul dubio nitentur: nec quisquam illis resistere poterit, cum & Ecclesiæ & reipubl. pro lubitu regendæ potestatem illi sibi impune tribuant, nec minora licere sibi in subditos, quatenus Ecclesiæ, quam quatenus societatis civilis sint membra, putent. Horum ex numero Nimrodum fuisse alibi (k) asseruimus; a quo subditos ad idolorum cultum esse irritatos, ex nomine (l) ipsius quidam, quidam ex ædificio turris Babylonicæ ad homines à potentia Dei, si forte denuo aquis terram obrueret, defendendos, Nimrodi auctoritate, ut putant, cœpto conjiciunt. Sed quicquid hujus sit ex recentioribus exemplis, vera esse quæ diximus, constat. (m) Nam quòtusquisque eorum, qui

Epi-

(k) Dissert. I. §. V.

(l) Quod derivant à *rebellaudo* מרר vid. R. Sal. *Isaacides* in notis ad Genes. X. 8. sed placet nobis ἐπιχειν cum Rabb. *Abr. b. Esra* in explicatione istius commatis, inquirente: מה חבקש טעם לכול השמות: i. e. *ne queras rationum, cur singula nomina his illisve sint data.* Conf. acris *Defensor Nimrodi M. Jo. Ge. Span* in *Diss. Lipsiæ Anno hujus Seculi duodecimo edita de Nimrodo forti venatore.*

Episcoporum principatui in Italia aliisque terris fuere
 subjecti, Pontificæ religionis jugum excutere potuit?
 cujus rei ne fingi quidem alia ratio potest, quam Theo-
 logorum istorum potentia civilis (n), subditis omnibus

F 3

eo

(m) Nisi odiosa illa essent, exponere vellem originem mo-
 tuum in Helveria haud ita pridem ortorum. Quam qui
 paulo perpenderit alius, negare non poterit à Theologis
 imperantibus subinde summum discrimen non reipubl.
 solum, sed & præcipue cœtui doctrinæ puriori additio
 imminere.

(n) quæ quantum obfuerit Lutheranorum dogmati-
 bus propagandis, ipse agnoscit *Bellarminus* Lib. V. de
 Rom. Pont. c. XI. col. 1104. indeque (sed irritò cona-
 tu) ejusdem hodie in Ecclesia puriori (quod Elogium
 Romanæ deberi extra controversiæ aleam positum pu-
 tat) necessitatem probare audet. *Etsi*, inquit, *absolute*
forte præstaret, Pontifices tractare solum Spiritualia & re-
ges temporalia, (ecce candidam adversarii confessionem)
 tamen propter malitiam temporum experientia clamat, non
 solum utiliter, sed etiam necessario & ex singulari Dei pro-
 videntia donatos fuisse Pontifici aliisque Episcopis tempora-
 les aliquos principatus. Si enim in Germania Episcopi
 principes non fuissent, nulli ad hunc diem in suis sedibus per-
 mansissent: sicut ergo in Testam. Veteri diu fuerunt Ponti-
 fices sine imperio temporali, & tamen ultimis temporibus
 non poterat religio consistere & defendi, nisi Pontifices etiam
 Reges essent, nimirum tempore Machabeorum, ita quoque
 accidisse invenimus Ecclesiæ, ut, quæ primis temporibus ad
 majestatem suam tuendam temporali principatu non egubat,
 nunc eodem necessario indigere videatur, Sic & *Esaiæ Pu-*



eo magis metuenda, quo magis omnium animos superstitio occupaverat, efficacissimum scil. multitudinis regendæ instrumentum. Imo parum abest, quin a conjuncto inter Pontificios Sacerdotio cum rerum civilium potestate ortas esse putemus multas tum in dogmatibus tam in discipl. Eccles. corruptelas.

§. XIX.

Quæ cum; ita sint, non possumus non calculum
no-

Puffendorfo (teste *Illustri ejus fratre Samuele* im *Hell. Religions-Recht* S. 10. p. 43.) Anno 1669. *Parisiis* confessus est *Ismael Bullialdus* libere: Nach der ieszigen Beschaffenheit könne das Zeitliche dem Papste nicht abgenommen werden/ es sey denn daß zugleich das Geistliche aufgehoben werde/ nachdem es den Bischöffen gefallen/ ihrer Geistlichen Jurisdiction ein weltlich Regiment beizufügen. Ob das eben so gut gethan sey/ darüber will er nicht disputiren. Doch hielt er davor/ daß heutiges Tages alle Autoritet des Papsts von seiner Weltlichen Macht dependire; Wenn ihm die solte genommen werden/ dürfte er allen Potentaten zum Spott werden/ und sie selbst würden alsdenn in ihren Landen das Ampt des Papsts verwalten. Quibus *Bullialdi* verbis hanc subjicit *Sam. Puffendorf* *Epicrisin* l. c. p. 44. Wann ich alles klar sagen soll/ so ist der Bauch der Päpstlichen Clerisey ihr Gott. Daß aber der Bauch keine Ohren habe/ sagt man im Lateinischen Sprichworte: Und also ist ganz unnöthig/ wieder sie mit Argumenten zu disputiren.



nostrum adicere multis iisque Doctissimis Viris (o) existimantibus, minus recte uni eidemque homini res civiles & sacras administrandas committi. Unum nominasse heic sufficiat Per-Illustrem Sam. de Puffendorff Regum, inquentem, (p) ac Doctorum Ecclesia munera ita comparata sunt, ut ab uno eodemque commode exerceri nequeant: non ob naturalem aliquam repugnantiam, sed ob gravitatem negotiorum, quæ utrumque munus comitantur, quibus unus homo par non est. Hæc ille. Ceterum cum in omnibus quæstionibus utraque pars audienda sit, ea etiam, quæ obstare nobis videntur, candidè proferemus, & quid ad singula relegendum sit, exponemus paucis.

§. XX.

Objiciunt autem præcipue adversarii l. *exempla Patriarcharum* in Diff. I. à nobis passim recensita, qui vel jubente, vel connivente Deo sacerdotum simul atque principum gefferunt, vices. (q) Verum non mo-

(o) Hos partim supra jam in scenam nos produximus, partim enarravit *Marca* hinc inde & *M. A. de Dominis* passim præcipue L. 17. de republ. Eccles. cap. 8. §. 4. 9. ubi imprimis ad SS. Patres *Origenem*, *Cyprianum*, *Gelasium*, *Hosium Episc. Cordub.* *Synesium*, *Hieronimum* &c. provocat.

(p) in Tr. sæpe jam laudato de hab. Rel. §. 42.

(q) Ita insurgunt in nos *Bellarminus* l. c. cap. IX. col. 110. 2. (cui satisfecit noster *B. Gerhardus LL. Theolog.* Tom. 17

mouet nos hoc ipsum argumentum. Namque 1.) multa Deus fieri à Patriarchis permisit, felicitique eventū secundavit, quæ non semper sunt imitanda. Sic quando Jacobus Patriarcha בְּמַרְמָה (Genes. XXVII. 35.) *malitiose* Esavum se simulavit, & hoc modo jura primogeniti obtinuit, nemo quisquam veri Christianismi studiosus illius conatum vel approbabit vel sequetur 2) extra ordinem isti Sacerdotum principatus extitere, & quidem turbido admodum status civilis æque ac Ecclesiastici tempore (r) quare si ad quamcunque Rempubl. trahere hoc velis, perinde erit, ac si à particulari ad universale invita omni Logicorum turba argumenteris (s). Illud velim ostendant adversarii, quod vel Christus vel Apostoli vel antiquissimæ Chri-

de Min. Eccles. §. 318. & iisdem fere verbis in Conf. Cath. L. 2. art. 3. cap. 9. p. 934.) *Theod. Reinking.* de regim. Sec. & Eccles. L. I. class. 4. c. IX. n. 21. sqq. p. 382. proferens non sacra tantum, sed & Ethnicorum exempla ex *Alexandri ab Alexandro* diebus genialibus.

(r) Sugillat *Bellarminus* l. c. c. 10. col. 1105. seqq. *Joh. Calvinum* quod de Sacerdotio in V. T. cum regim. civil. conjuncto, Lib. IV. Inst. Christ. cap. II, §. 8. ita locutus fuerit: *primum raro id miraculo factum est: deinde fuit temporarium, donec res melius componerentur.* Est enim supra naturam, ut unus homo utriusque oneri sufficiat. Nos quanquam cum *Calvino* hac in parte consentiamus, mallemus tamen, omisisset illam locutionem: *esse hoc supra naturam.*

(s) Vid. B. *Dambäuerus* *Hodosoph.* Phæn. II. p. 99.



Christianorum orthodoxorum Ecclesiae Episcopi politica sibi munera administranda sumserint. Quod donec faciant Judaica eaque subinde haud adeo certa exempla sententiam nostram tot argumentis munitam minime convellent.

§. XXI.

Majoris momenti est II. Argumentum, cum ob id, quod religio sit *vinculum legum & societatis firmamentum*, maxime conveniens putant, eosdem & religionibus Deorum immortalium (verba sunt ad adulationem egregie compositi Ciceronis (t)) & summam reipubl. praesse, ut amplissimi & clarissimi cives reipubl. bene gerendo religiones sapienter interpretando reipubl. conservent. Observandum autem heic ante omnia est, quod religio *vinculum legum* duplici modo dici queat, vel, quod timore Dei cessante, timor etiam magistratus in civium exspiret animis (id quod ipsi nos supra §. 12. & 14. asseruimus & hoc fundamento nixi, magistratibus non sacerdotium, sed curam circa sacra vindicavimus); sic vero nexus argumenti prorsus nullus erit. Eam quippe indolem deprehendimus Religionis Christianae (de hac enim potissimum nobis est sermo) ut, illius sacris etiam à plebeja, persona administratis, ut, illius sacris etiam à plebeja, persona administratis, facillimo & sine periculo, cum quo junctum omnino esse Principum Sacerdotium suo loco ostendimus, subditi ad fidem erga Proceres atque concives com-

(t) in oratione, pro Domo sua ad Pontifices, num. I.



commoveantur. ¶ (50) ¶
Quo fit, ut hæc religio in civitatibus
bella etiam invicem gerentibus florere possit. Vel sen-
tentia ista, quæ religionem *vinculum legum* dicit, si-
gnificabit, quod illa tanquam instrumentum imperii
propagandi usurpari pro lubitu possit, quæ mens fuisse
Machiavello, creditur a multis. Ast tunc abusus religio-
nis turpissimus introduceretur (u), qualem Numæ Pom-
pilio *Livius*, *Dion. Halicarnassæus* & *Florus*, *Lycurgo*
Justinus, & *Polybius*, aliisque, præcipue qui novas vel
respublicas condiderunt, vel ditiones armis sibi parave-
runt, alii tribuunt (x).

§. XXII

- (u) Imo si hunc finem palmarium solumve esse religionis ex-
istimet magistratus, inter atheos hand immerito principe
fere loco ponendus erit, judice *Zieglero* Lib. I. de jure
Majest. cap. XIII. §. II. p. 247. Annon huc pertineant ii
Principes, qui injustissimis quibusvis bellis, imo & pri-
vatae sortis homines, qui turpissimis subinde rebus religio-
nis obtendunt causam, atque ita Deum pariter atque
homines fallere se posse sibi persuadent, judicent omnes.
Conf. D. D. *Buddens* Prof. hujus Academiae Celebrerrimus
in Diss. de conc. Relig. & status §. XIX. ubi de
Hispaniæ inprimis regibus agit, quibus solemne olim erat,
omnibus consiliis suis religionis prætexere speciem.
- (x) Vid. de hoc argumento idem ille Vir incomparabilis Diss.
cit. §. XVII. sqq. it. Inst. Theol. Moral. P. 2. c. 3. sect. 7. §.
7. ubi *Machiavello* hoc crimen tribuit, quem tamen alii ne-
scio quare excusant, vid. B. *Carpzovius* in annotationi-
bus ad *Schickardi* מושב המלך Cap. 4. Theorem. VII.
p. 226. not. f. conf. der unparteyische Bibliothecarius
P. IV. pag. 315. Plura de principibus *Machiavellistis*

Nec dicere poteris III. *Sacerdotes, si summa rerum praeferint, Ecclesiam defendendo, haereticos ad veram religionem convertendo, controversiasque Theologorum minuendo, honorem divini Numinis omnium optime augere, atque ita regnum caeleste, ut Reinkingius (*) loquitur, per terrenum mirifice proficere posse;* hoc itaque nomine principatum talem non fore rejiciendum. Enim vero non opus, ut ad Ecclesiam tuendam, ejus ministris potestas civilis tribuatur, Proceribus enim Reipubl. hoc curae esse debere ostendimus in antecedentibus. Deinde in haereticis convertendis non video, quid Theologum vis externa (quam in coercendis haeresibus a magistratibus usurpari prudenter posse non negamus) juvet. Nam quae so, estne hoc genuinum Christi & Vet. Ecclesiae (quae per tria secula inde à Servatore nostro usque ad Constantini M. ævum, nulla potentia externa polluit, neque eo se- cius revera floruit maxime) institutum, hominum mentibus veram relig. tradendi? Certe sana ratio docet, quod hastis & gladiis non Orthodoxi Christiani effici-

G 2 an-

ante *Marchiavellum* peti poterunt ex Polyhistoris celebratissimi Magnifici Dn. BVRCARDI GOTTHELF STRVVII Patroni nostri devote venerandi Dissert. elegantiss. de Constantino M. ex causis politicis Christiano

§. I. sqq.

(*) l. f. c. n. § 2.

antur, sed' mussitantes hæretici. Quin Heterodoxi etiam Principes Hypothesi dissentientium a nobis abuti poterunt. Vnde &, quid de controversiis Sacris, quæ a Theologo [totius Reipubl. Rectore commodissime componi posse videbantur, sentiendum sit, facile; cuius erit intellectu, præcipue si dicta antea de potestate magistratuum circa sacra, huc repetantur.

§. XXIII.

Enim vero alii præcipue papicolæ suæ favere causæ hac in parte putant IV. quod Sacerdotes & in divinis literis (y), & vulgo pastores nominentur, qua voce regimen non solum Ecclesiasticum, sed & inde fluens civile denotari arbitrantur. Ast quamvis ab *Homero* (z) aliisque Poëtis pastorum appellatio regibus tribuatur ac principibus, nondum tamen habent adversarii quod volunt. Quippe res ipsa docet, Ecclesiasticas pastores in codice S. vocari a pabulo sacramen-

to-

(y) imprimis huc trahunt *Bellarminus* aliique Pontifici dictum *Christi* ad Petrum, ter repetitum Joh. XXI. 15. 16. 17. *pasce oves meas.* Sed confutavit eos ex patribus Christianis *Basilio*, *Augustino* &c. imo ex ipsius papæ *Cælestini* epistola ad Concil. Ephes. M. Ant. de Dominis Lib. I. c. 8. toto p. 53. sqq. præcipue p. 54. ubi affert *Bernhardi* sententiam, quod pascere sit evangelizare.

(z) *Iliad.* Lib. II, ubi sæpe Agamemnona *ΠΟΙΜΕΝΟ* λαῶν vocat.

torum & verborum SS. quod præbeant animabus oportet, si quidem officio suo satisfacere velint. (*) Quin si vel maxime Sacerdotibus ex voce pascendi aliquam in Ecclesia dignitatem (***) tribuas, minime tamen

G 3

(*) Vid. Cel. D. *Just. Henning Babmer* in observat: selectis ad Petrum de Marca p. 26. in cujus supplementum observamus, quod in modo adducto Christi dicto Joh. XXI. 16. vox ποιμαίνειν (quam alibi speciem quandam regiminis indicare, v. gr. Act. XX. 28. juxta vers. vulg. nos non fugit) ne possit quidem de imperio explicari, cum v. 15. & 17. in ejus locum substituatur velur Synonymum verbum βόσκειν pabula tantum cibosque proprie exprimens non regimen, quod tamen heic significari somniat Voetius Pol. Eccl. p. 3. L. IV. Tr. I. Cap. 6. p. 792. Bellarminus Lib. I. de Rom. Pont. c. 15. toto (ubi Lutherum in libro de potestate papæ nobiscum consentientem perstringit) Becanus in refutatione Apologiæ regis Angliæ cap. 3. num. 4. p. 2008. col. 2. it. in refut. Torturæ torti cap. 2. p. 1021. col. 1. opp. tom. II.

(**) Dignitatem inquam non dominationem. Audiamus dictum illud Petri omnibus Episcoporum aulis (ut ait Erasmus in comment. ad istam pericopen) aureis inscribendum literis: ποιμαίνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποιμνιον τῷ Θεῷ, ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἐκ βούλης. μηδὲ ἀσχετοκερδῶς, ἀλλὰ ὡς κερδοῦτως. μηδ' ὡς κατὰ κυριέυοντες τῶν κληρῶν, ἀλλὰ τύπος γενομένοι τῷ ποιμνίῳ. Cæterum si quis cum Grotio (de jure summæ potestatis circa sacra cap. 4. n. 6. 7. 8. conf. Ziegler de jure Maj. Lib. I. c. 13. §. 5.) Clericis regimen aliquod in Ecclesia concedere velit, dicam ei non scribemus, modo analogicum imperium intelligat,

men colligere hinc licebit, magistratuum etiam vices
 ipsis esse sustinendas.

§. XXIV.

Reliqua, quæ contra sententiam supra à nobis defensionem afferri possunt, argumenta nunc ne commemorabimus quidem, rati ex his paucis (plura enim jam cumulare, ne modum dissertationis excedamus, nolimus) quanti cetera sint pretii (***) agnituros omnes,

nectale fingat, quale magistratui in cives competit: in quo mirifice fallitur *Phil. Jac. Hartmannus* in comment. de rebus Christianorum gestis sub Apostolis. conf. Magnif. noster BUDDEUS in Diss. de conc. religion. & status cap. V. §. IX. add. *Idem* in Inst. Theol. Mor. p. 2. c. 3. Sect. VIII. ubi Pontificiorum distinctionem inter potestatem ordinis & jurisdictionis rejicit. vid. etiam D. D. *Hebenstreitii* Diss. Inaug. de Regim. Eccl. Altdorffii 1697. & denuo Jenæ 1703. edita. conf. kurze Antwort auf ein Bedencken von der Frage, wie weit ein Prediger gegen seinen Landes-Herrn welcher summus Episcopus ist sich des Bind-Schlüssels bedienen könne (1706. in 8.) Cap. 1. §. 3.

(***) Talia sunt insulsa illa, quando Pontificii non solum ad absolutam & supremam Papæ potentiam in imperatorem & principes confirmandam afferunt mysticam interpretationem luminis majoris & minoris a Deo ita creatorum, ut hoc ab illo lumen suum mutuetur, sed etiam duobus illis gladiis Apostolorum Luc. XXII. 38. indicari Pontificis potestatem civilem & sacram tradunt. Ejus-

nobisque concessuros, quod si nonnulla oritur ex Sacerdotio cum rerum civilium potestate connexo, utilitas, longe tamen pluraque majora nascentur ex eo incommoda atque damna. Neque tamen adeo suffenti nobis sumus, ut meliora ab aliis edocti in eorundem transire castra vel molestia nobis vel turpitudini ducamus. Quin potius in supplementis hujus pariter ac prioris præcipue nostræ Dissertationis, quæ ex Cel. D. J.

dem farinae est, id, quod *Bellarminus* Lib. V. de Rom. Pont. cap. IX. col. 1103. ait: utramque potestatem esse à Deo, adeoque sibi invicem non adversari: unde fluat, commode Sacerdotem principis simul officio fungi posse. Sane, si ita licet argumentari, eadem ratione evincam, commode a Theologo & literato quovis officia quæcunque Mercaturam &c. posse exerceri; neque enim dici potest, hæc vel a Diabolo esse, vel eruditioni directe adversari. Objici denique nobis poterat illud *Platonis* de republ. Dialog. 5. tunc republ. fore beatas, inquentis, cum vel philosophi imperio præessent, vel imperantes philosopharentur. Jam vero, inquit *M. A. de Dominis* Lib. 6. de Rep. Eccl. cap. VIII. §. 2. p. 149. *nullus Sacerdos est, qui philosophus h. e. literatus non sit, vel esse debeat.* Unde pronum erit, concludere, quod omnino conducat civitati sacerdotum imperium. Verum *Platonis* (quamvis *Cicero* Lib. 2. de natura Deorum num. 32 eum *Deum Philosophorum* vocet, & alibi, se cum illo errare. quam cum aliis vera sentire male, profiteatur,) auctoritas non videtur irrefragabilis; potius ad *Christi* dicta supra allata attendendum est. Deinde persuasum mihi habeo, *Platonem* Philosophiæ nomine practicam præcipue, ejusque

A. Fabricii Bibliographia Antiquaria, aliisque quamplurimis Autoribus in promptu jam habemus, in dies augendis, ac suo deinceps tempore edendis, errores nostros hinc inde commissos bona fide annotabimus.

imprimis eam partem, quam politicam vocant, significare. Hanc vero sacerdotes certe ex systemate suo vel methaphysico vel Theologico vel SS. literis, alium quippe in finem scriptis, depromere non poterunt. Denique literis immerforum (quales sunt oportet Sacerdotes hominum regimen non omnibus probari Politicis certum est. Nec quemquam later dixerim illud Anglorum quo *Jacobum* regem suum plus temporis libris legendis, quam regni negotiis administrandis tribuentem, insectari solebant. *Rex fuit Elisabeth nunc est Regina Jacobus.* Sed manum de tabula.

תם ונשלם שבח לאל בורא עולם

FINIS.






ULB Halle
005 312 361

3







Farbkarte #13

B.I.G. Black

1715, 8

RTATIO II.
DE
RDOTIO
MINE CIVILI
IVNCTO
SIVE DE
S IMPERANTIBVS,
QVAM
CIIS DIVINIS
SALANÆ MAGNIFICENTISSIMO
PRINCIPE AC DOMINO
LMO HENRICO
V. MONT. ANGAR. & GVESTPH.
RELIQVA,
TORVM CONSENSV
RÆSIDE
VENTVRA *Riesch*
LITONVM EXAMINI SVBICIET
HANAE L. KISTMACHER,
NVS, SS. THEOL. AC PHILOL. STD.
MAII MDCCXV.
ERIO PHILOSOPHORVM.

IENÆ,
WERTHERIANIS.

7
10

7.